



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 513. Symmachi Pap. Annus 15. Anastasii Imp. 23.
Theodorici Reg. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

IESV CHRISTI Annus 513.

SYMMACHI PAP. ANASTASII IMP. 21. THEODOR. REG. 21. ANNUS 513.

CONSULIBUS Probo & Clementiano praefens annus Domini quingentesimus decimus sextus...

Qui Ecclesie Antiochena pariter, partim fuerunt vna cum ceteris in errorem adducti, ex quorum numero fuit Martinus...

Quoniam autem ista littera memorant Episcopos, qui Ecclesie Apameae pariter, a Severo desecuisse deinceps ponamus in medio...

capit. Severo, prodanti libellum abdicacionis dat. Et clam omnibus, ex turba, qua sequebatur Severo...

At Severo quamquam libellum recipiebat, & qua in eo scripta erant, satis intelligebat, tamen in fide sede Episcopali firmo persistit...

Antequam autem in cetera de nefandis Severi scelerebus profectumur, quoniam de Iuliano Bostrensi Episcopo honestissima mentio facta est...

Idem pater noster Gregorius & Chiriacus narravit nobis de Abbate Iuliano Episcopo Bostrensi, quid cum recessisset de canonicis, & factus esset Episcopus Bostrensis...

Quae insuper eiusdem Severi operam Eliam Episcopi Hierosolymitanum & alios Orthodoxos Palaestinae prouocatae sunt, ex Cyrillo monacho...

IV. ANASTASII IMP. 21. SYMMACHI CHRISTI THEODOR. REG. 21. PAP. 15.

V. ANASTASII IMP. 21. SYMMACHI CHRISTI THEODOR. REG. 21. PAP. 15.

VII. SEVERVS INSVRGIT IN SYMMACHVM EPISCOPVM ORTHODOXVM.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

a Cyril in Vita S. Sabae
VIII. C.
SABAS PR. APOST. EST ELIAS EPISCOPO MIEROSOLYMITANO.

IX. OLYMPIVS CVM MILITIBVS AD VERRVS ELIAM MITTITVR.

X. Hac etiam habet recitatum in Septima Synodo Athon. 2. Concil. IOANNES EXHIBET TITOLIVS ET CONYESOR.

XI.

etiam huius professionem, ex more conscriberet; quam veluti piam Catholicam que ut completerentur, admonuit; ita fore animo cupiens, vt qui ab ipso diuersa sentirent, exploratos haberet, & vt idem adigeret. Ex his etiam quae aduersus Eliam Cyrillus ipsum egisse tradit, quidam in minorum sedium Episcopos praesumpserit, posuimus compensata ratione coniecere. At itaque Cyrillus:

Cum apprehendisset Severus sedem Antiochenam, innumerabilia quidem mala fecit illi, qui non ei communicauerant. Mittit autem sua quoque Synodalia ad Eliam Patriarcham: quibus minime admisus, non mediocriter ad iram accedit Imperatorem. Et haec Synodalia rursus mittuntur Hierosolymam, simul misit etiam quibusdam clericis & non parua manu militari; vt illi, quibus non persuadebatur eadem tenere, quae ipsi, vim etiam afferrent. Cum hoc autem ita se haberent, & iam acerba in fidem Orthodoxam exerceret tyrannis, & iam Elias graue imminere periculum, & eis capiti malum impenderet, & nusquam auxilium: Cum congregasset diuinus Sabae eximios omnes & electos monachos, cum illis accedens, & illam, quae circumstibat Eliam, perurgens multitudinem (o generosam animam!) Regis satellites & Severi ministros illinc fugat, tamquam quaedam mancipia. Deinde alia quoque, vndiq, confluentium monachorum multitudo, eos, qui Severo communis, hactenus in illorum ipsorum conspectu anathemati fidenter subiiciunt. Admiratione plane dignum fuit, hominem Evangelica mansuetudine nulli secundum, cum periclitari videret Catholicam fidem, & in discrimen adducisum ipsius Episcopum, leonis inducere animositatem, cum delectum haberet, instarque exercitus ducis Orthodoxos monachos zelo armat ad pugnam, vt vindicent Sancta, nec sinant inaccessum impijs huiusmodi illicibat facturum pollui. Sciebat quid sciebat Deum habere se prauium, inconcussa humanis viribus tentat, in amatos hostes irumpens, eosdemq, absque humana potentia, vt pauidae animalia, fugat & disijcit. At quid superatus Anastasius Imperator à Saba: audi Cyrillum:

Hoc (inquit) delocus & hanc ignominiam volens delere Imperator, contra eum mittit Olympium quemdam Caesariensem, traditis ei copijs, quaerant in Palaestina, regia viens antichriste, non legibus, nec iudicij. Quis cum primu[m] ascendit Hierosolymam, Eliam quidem de sede deponit, ac eum damnat exilio: Ioannem autem filium Marciani, qui Severi quidem confessus fuerat communionem, anathemati vero subiecit ad Synodum Chalcedonensem, & ponit in illius sedem. Quod quidem cum didicisset beatus Sabas, non licuit ei cunctari: sed cum ratiu[m] assumpsisset sacrum illum exercituum monachorum, tamquam praesstantissimum quispian Imperator irruit in certamen. Et Olympium quidem non offendit (iam enim ille, tamquam es, & redit successisset, reuersus est in ciuitatem:) In Ioannem autem incidens nouum Patriarcham, restituit & denunciat, ne Severum admittat in communionem, sed tuatur potius Synodum Chalcedonensem, & pro ea sanguinem vsque periclitetur. Quod quidem facit illi, reueritus Patrum protestationem, omnino oblitus conuentionem cum Olympio. Mira quidem res, & quae propmodum humanum superet captum, vsq, abrogatum ipse locum Orthodoxi haereticum, in quo dicto citius Sabas conuerterit in Orthodoxum & confectorem. Sed pergit Cyrillus:

Propter haec statum Imperator, Olympium magna condempnans stultitiam illum quidem statim deponit & magistratu: cum autem eum tradidisset Anastasio, & eum constituisset Duce[m] totius Palaestinae, illic mittit. Ille vero cum quam celerrime venisset Hierosolymam, & ne solo quidem verbo imperasset Patriarcham, sed solium fecerit gratiam Imperatoris, & pro honore ei dato, sine ratione ei vicissim praestaret officium, magis experektionis, eum statim coegit in carcerem, imprudenter vim afferens, & in discidium adducens necessitatem, vt Synodum quidem Chalcedonensem abrogaret & infirmaret, amplecteretur autem & Refunderet Severi communionem. Sed ille cum vim communicasset Zachariae, qui praeerat Caesariensibus, latenter consulendo dabu, quae erant proposita, callida arte subterfugit necessitatem. Ea autem erat: Pollicitus se omnia facillimum, quaecumq, Dux iuberet, prompto & alacri animo, si relaxaretur à custodia, postquam solis duo dies praeerissent: ne vi (inquit) videamur parare ausus Imperatoris: ita dimittitur in carcere.

Deinde vna nocte multitudo eorum, qui erant circumcirca monachorum, conuocatur in templum Stephani primi martyris, specie quidem, vt qui esset mane celebraturus commune festum primo

martij, vt vera autem eos aduocans ad auxilium Orthodoxa fides, vt magis haereticorum coerecet arrogantiam. Diluculo ergo congregata fuerat multitudo monachorum, partem quidem ex his, qui fuerant illic congregati monachi, sicut dictum est, partem autem de more veniens ad Synaxim, partem vero qua concurrebat ad videndum Ispatium, qui erat consobrini Anastasij Imperatoris, modo senatus ex captiuitate: erat enim templum quoque, capacissimum multitudinis. Aderat autem ipse quoque, Dux, vt eo teste abrogaretur & abdicaretur Synodus Chalcedonensis.

Protinus ergo ascendit suggestum Ioannes, viraque manu tenens Sabam & Theodosium pietatis propagatores. Cum se autem sustinisset aliquantulum, visus est sensim susurrantem audire multitudinem, & dicentem oportere ferire anathemata eos, qui non recte sentiunt. Hoc ergo ille, cum tamquam diuinum aliquod signum accepisset, & cor habuisset repletum auidacia, vnam emittit vocem cum multitudinem: Si quis ea sentiat, quae Eutyches, Nestorius, Severus, & Soterichus Caesaria Cappadocia Episcoporum, anathema sit. Tunc sensit Dux fraudem, & veritas populi consensus vnanime, satis habuit, si se subducens silentio fugeret, & abiit Caesariam. Qui autem remanserat consobrini Imperatoris, iurcundo affert diuinum Patrius, se non venisse, vt communicaret male Severi opinioni, sed vt loca adoraret veneranda, & velle potius communicare coram sanctitati. Dat itaque Sabam magnam vim pecunia quidem, simul & iubet eam distribuere omnibus, qui illi erant, monachis, ostendens suam in Deum fidem, & quoniam erga illum habebat pietatem & reuerentiam efficiens manifestam.

Quis ad hoc non obstupescat: non tantum qui missus fuerat instar Balaam ad maledicendum, ad benedicendum os conuersisse: sed & qui vt Imperatoris mandatum impleret, praesto fuisset, contra sententiam Imperatoris esse locutum, atque quos vt hostes habebat, eodem beneficentia decernere magno studio laborasse? Sed subdit: Cum autem beatus Sabas sic protulisset existentia certamen, quod porro ea fide suscipiunt fuerat: sciens ille Imperatorem has non esse passurum, sed pro ignominia & dedecore id habiturum, & agere laturum, & omnibus modis operam daturum, vt se vinceret, congregato toto catu monachorum, vbi cum eis rem conuulset, simul scribit epistolam ad Imperatorem, qua hoc modo habebat:

Domini noster Iesus Christus omnium Rex aeternus & Deus, excelsi post illum regni sceptrum sua beniginitate tradidit, re vera volens omnibus quidem sanctissimum Ecclesiae praecipiat autem matri Ecclesiarum bonum pacis conciliare per vestram in Deum pietatem. Sciunt vero omnes, quod cum ab hac Ecclesia cepisset vere magnum vero religionis mysterium, persuasit vsque ad finem Orbis terra. Quod quidem nos horum diuinorum locorum habitatores ab alio à sacrosanctum acceptum Apostolorum sanum & integrum in aeternum vsque diem conseruauimus, & in aeternum Christi gratia conseruabimus, à recta verbi semita minime delicti ab abuersarijs, aut corrupti profanis & vanis eorum vocibus. In hac ergo intemerata, & es quam nulla cadit reprehensio, fide, cum enutritum & educatum ab inuenite etate fuerit vestrum Imperium: venit nobis in mentem admirari, quemadmodum in diebus vestrae pietatis antea tumultus & tanta perurbatio inuasit matrem harum Ecclesiarum, vt ne parcarer quidem hi, qui Deo ministrant, sed sacerdotes & monachi, qui virtutum sequuntur à parentibus, modestos, & silentio vitam transigere delegerunt, in conspectu Iudeorum & quorundam aliorum Gentilium ab ipsa sancta Sion per mediam ciuitatem turpiter trahantur & intemperanter, & in profana quadam loca expellantur, quin etiam coguntur nonnulla facere ad rectae fidei labem & reprehensionem: adeo vt qui huc veniunt potius causa pro vilitate animae, recedant repleti scandalis & offensione.

Rogamus ergo vestram potentiam, vt nos quoque aliquando à tantis malis relaxemur: quorum omnium auarum & origo est Severus, cui, vt in Antiochena praesideat Ecclesia, mandatum est ad penam nostrorum peccatorum, huiusmodi malum quidem prius sua anima, & totius Ecclesiae multitudinis. Quomodo enim non est absurdum, nos qui sumus Hierosolymitani, modo doceri de fide, & qui sumus omniumque patres ad verbum pietatis, tam sero videri didicisse veram religionem: Quomodo non est hinc manifestum, quod haec, quae recenter apparet & videtur esse correctio recta & sana fidei, quae fuit tradita à Patribus, non est re vera correctio, sed subuersio & adul-

XII. IOANNES SYLLICUS CONSTITUTUS DUX CAESAR. PAN.

XIII.

XIV. EPISC. SABAS AD ANASTAS. SYMMACH.

XV.



MAGNA IN FIDEI CENTESIMONE CONSTANTIA.

Phil. 4.

h. Nicph. 1. c. 14. XVI.

ep. sal. 113.

1. Cor. 1.

XVII.

Prat. Spi. 1. c. 20. XVIII.

DIVINO MIRACULO SATHA PIDE CA THOLICA.

Prat. Spi. 1. c. 20. XIX.

DI SEVA- RIANO DIVINO MIRACULO AD FIDEM CONVER- SO.

adulteratio potius eum, quod recte habet, cum suscipit mercedem... quod per se ad idem... quod per se ad idem... quod per se ad idem...

Licet autem tot machinas admoisset Imperator aduersus Hierosolymorum Ecclesiam fidem Catholicam... tamen Ioannes ille, qui substitutus est in locum Eliae, ab Orthodoxis, quod in strenuam mutatus est...

Sed his ad idem insignibus Dei operibus alia libet adiangere diuina miracula, quibus sapientissimè declaratum fuit... curae esse Catholicam veritatem, quam in tantis tenebris...

Quasi triginta annis ab Aegina civitate Siciliae Styliæ... in archa duo erant separati ab invicem sex mibus passuum... alter sancta Catholica et Apostolica Ecclesia communicabat...

Dade Cyprum in portum est: in eo monasterium, quod dicitur Philo... loventis. Ad id cum venissemus, inuenimus ibi monachum genere Mellitensem... Isidorum nomine: hunc vidimus sine intermissione...

maius delictum, quam meum. Et ut cognoscatur in vera profectu, audire peccatum meum, ut & vos oretis pro me.

Ego cum essim in saculo, uxorem habui: et cum ambo Seuerianus dignatus. Cum ergo die quidam venissem domum, non inueni uxorem meam. Apud autem quid absisset ad vicinam mulierem, vultu dominum meum... (erat autem illa Catholica religio... & fidei) cur curis, propterea volens prohibere...

Cosmiana vxor Germani Patrii voluit nosse quidam sancta Dominica soly adorate sanctum Domini nostri Iesu Christi... monumentum, & cum appropinquaret ianua sacrarum, apparuit illi visibiliter Domina nostra sancta Dei genitrix cum aliquibus mulieribus dicens: Quomodo, cum nostra non sis, hic adhaes ingrederis? Et prohibebat eam: Neque enim, inquit, nostra es. Erat enim de heresi Seueri Acephali. Illa vero multum rogabat, ut mitteretur ingredi. Ad quam sancta Dei genitrix respondens ait: Crede mihi, si uult, huc non ingredieris, nisi nobiscum communi uerba. Arguit autem, quod cum esset haeretica, ingredi prohibebatur: quod, nisi accederet ad sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam Christi Domini & Dei nostri, intrare non permitteretur...

Narravit inquit nobis & hoc idem presbyter Anastasius, dicens, quod Palaestina Dux, quando venit adorare sanctum Christi Domini nostri Resurrexerunt: & cum cepisset ingredi in sanctum monumentum, aspexit arietem cum impetu ad se uentem, cornibus, illum impetentem. Ille uero pavori corruptus, retrorsus egrediebatur. Custos uero sanctae Crucis Azarias, & ceteri, qui assistebant, eius timore permoti, dicunt ei: Quid est? quid habes, domine? cur non ingredieris? Dicit ei: Vt quid intulisti arietem istum? Qui suspensus, aspexit sanctum monumentum; nihil uidentes, eunt ad illum: Ingrederi, nihil tale intulit. Rursum ille ingredi coepit: sed iterum aspexit arietem contra se uentem, & introire se prohibentem. Istud cum sepe factum esset, illis, ceterum nihil uidentibus, solus arietem cerneret; ait illi Crucis custos: Crede mihi, Domine, aliquid habes in anima tua, quod te prohibet adorare sanctum & venerabile uisibile monumentum Saluatoris nostri. Itaque mones, ut confitarius Domino peccata tua: clemens enim & misericors, dispimus cum sit, & tui misereri uolens, huiusmodi tibi miraculum ostendit.

Ille autem cum lacrymis dixit ei: Per me multum magni, sceleribus odnoxus sum. Et se ipsam in faciem prosternens, post multas horas permansit flens & confitens Domino. Surrexit inde, & rursus ingredi uoluit, sed iterum ab arietem permissum non est. Tunc ait illi

XX.

XXI.

XXII.

XXIII.

sancta Crux custos: Vere aliud est, quod te ingredi vetat. Dixit autem ille: Num fortasse ideo, quia non sancta Catholica Ecclesia, sed Severo communico, introire prohibeatur? Tunc peto à custode, ut sancta & vniuersa Dei mysteria sibi afferrentur, & allato sancto calice communicauit: atque ita ingressus est & adorauit, nihil vtrà impediementi passus, nec vterius certus, quod se deterrerat. ita apud Sophronium: vbi cum hæc contigisse dicantur Ducem Palestinae; meminisse debemus superius esse dictum, ab Anastasio Imperatore missum esse Hierosolymam Anastasium Ducem Palestinae hominem Seuerianum, qui exturbaret Catholicos: num autem hic idem cū illo sit, haud ad id certo affirmare possumus. Post multa verò, hæc etiam de Seueri sectatore Sophronius:

Prat. Spi. v. 1. cap. 79. XXIV. MIRACV- LVM DE AS-ER- VATA EV- CHAR- STIA ET CONVER- SIO SEVE- RIANIS.

Cum venissem Seleuciam, conuenimus Abbatem Theodorum Episcopum eiusdem ciuitatis. Ille autem narrauit nobis, dicens: Sub sancta memoria Dionysii, huius ciuitatis Episcopo predecessore meo tale quid contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negotiator valde religiosus & dices, sed hereticus: erat enim de Seueri sectatoribus. Habebat autem seruum fidelem quemdam sancta & Apostolica Ecclesia communicantem. Hic sciendum provincia consuetudinem, & sancto Cæna dominica, sumptum communionem inuoluit in linteo mundissimo, & in armario reposit. Contigit autem: ut post sanctum Pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim negotiis cuiusdam gratia, dimissa per oblationem sancta communionem in armario: dedit autem eiu clauem domino suo. Quodam vero die aperiens armarium dominum, inuenit linteolum, inuolutusque in eo sanctas particulas communionis. Contristatus est autem in hoc, & hæsitabat, quidnam de illo faceret. Nam ex illis communicare nolebat, eo quod essent sancta Ecclesia Catholica, ipse verò Seueriane heresit. Et tunc quidem dimisit eas in armario, ut erant, cogitans, quia rediturus esset seruus, & sumpturus eas.

XXV

Cum autem venisset Cæna Domini, nec seruus ille fidelis redisset, voluit eas Dominus ipse comburere, ne rufus & in secundum annum seruarentur. Apertisq; armario, vidit omnes sanctas particulas culmos & fycas geminasisse. Unde ingenti timore comprehensus in mono admirando quod adagulo, sumens sanctas particulas, & cum omni domo sua clamans. Kyrie eleison, conuenit ad h. a. l. l. a. s. Ecclesiam ad sacrosanctum ac venerabilem Dionysium Episcopum. Hoc autem magnus & terribile & omnem rationem omnemq; mentem excedens miraculum, non vnus, aut duo, aut tres, vel quatuor aliqui viderunt, sed omnis Ecclesia ciuesq; rustici, & indigena, qui continentem ambulans, & qui nauigant viri, & alij omnes: & illi quidem clamabant, Kyrie eleison: ceteri autem Deum aliter laudabant: omnes vero pariter Deo gratias agebant pro ineffabilibus eius mirabilibus. Plurimi ergo ex hoc miraculo credentes ad ecclesiam sancta Catholica & Apostolica Ecclesia. hæc de actis Seleucia.

XXVI

Rursus autem idem auctor de alio sectatore Seueri hæc scribit: Narrauit iterum nobis idem Abbas Theodorus dicens: Xenodochium hic est prope Pharum inter S. Sophiam & S. Epaphrasium: Qui autem illi preerat, die quædam orauit me, & irem in Xenodochium, & tibi moraretur paucis diebus. Abiis igitur, inueni illic monachum quemdam hospicio susceptum Syrum genere, nihil habentem præter cilicium & pallium & panes panicos: stabat autem in vno angulo semper die noctiq; psallens, & nec in illo quens. Veniente igitur tempore communique sanctu venerandiq; mysteris. Qui ait: Non venio. Ad quem ego: Cur oro te? At mihi: Quia Seuerianus sum, & non communico Ecclesia. Audiens itaq; quid non communicaret sancta & Apostolica Ecclesia, simulq; videns illius optimam cõuersationem, vitam, virtutibus plenam, abrogans in cellulam meam; & clausa ianua, profraui me ipsum in faciem coram Domino per dies tres, & orabam illum cum lachrymis multis, dicens: Dominator Christe Deus noster, qui propter ineffabilem tuam immensamq; clementiam inclinasti celos & descendisti propter salutem nostram, qui incarnatus es ex sancta nostra Dei Genitrice semperq; Virgine Maria, reuela mihi, qui sint, qui benè & redè credunt, nos ne, qui sancta Ecclesia iungimur, an qui Seuerio consentiunt.

XXVII

Die verò tertia venit mihi vox inuisibiliter dicens: Verbe, Theodore, aspice fidem ipsius. In crastinum igitur proficiscus, sed ante illum, expectans videre aliquid, iuxta quod mihi vox dixerat. Et cum mansissem sedens quasi hora vna, & intuerer in ipsum stantem & voce Syria psallentem, vidi, teste Deo, filij columbam super

S. GNOVI SIDILIO ETENSA IMPRE TAS SEVE RIANA.

caput eius stantem fuliginosam veluti ex coquina venientem, qualidam & feridam. Tunc agnouit eam, quæ mihi apparuerat, caliginosam feridamq; columbam ipsius esse fidem. Hac autem nobis narrauit in veritate cum multis lachrymis & singultibus sancta ipsius anima.

De alio item Seuerianis communicante idem auctor narrat in hunc modum: Abbas Theodorus antiqui monasterii pater narrauit nobis, dicens. Erant Constantinopoli fratres duo trapezite Syria. Dicit autem maior ex illis minori fratri: Veni descendam in Syriam, & possideamus paternam domum nostram. Dixit autem illi minor: Cur ambo dimittimus hic monasterium nostrum? Descende ipse, & ego hic manebo: vel ego descendam, tu illic remane. Conuersit ergo inter eos, ut descenderet minor. Cum itaque descendisset, post breue tempus, qui Constantinopoli remanserat, vidit in somno senem quemdam speciosum & magne reuerentia dicens: sibi: Sci, quia fornicatus es frater tuus in vxorem cauponis: Qui exurgens de somno trisitari cepit, & intra semetipsum dicit: Ego illi causa fui istius lapsus. Cur enim dimissum solum? Appetit autem secundo eundem senem dicens sibi: Sci, quia frater tuus corruit in vxorem cauponis? Quo visurum sum contristatus est. Tertio conspexit eundem dicens sibi: Ne sci, quia frater tuus perdidit liberam mulierem. & in vxorem cauponis essus est? Scis igitur ad illum ex Constantinopoli, ut statim dimissis omnibus, venire Byzantium. Qui accepit fratris litteras, statim dimisit omnia, & nitq; ad fratrem suum. Ille vero mox vt vidit eum, duxit in matrem Ecclesiam, & cepit molitus culpante illum, & dicere: Bene fecisti, frater, quia cauponis vxorem adulterasti: Quod cum ille audisset, iurare pro Deum omnipotentem cepit, quod neque adlterauerat, neque mulierem vllam nouerat, præter legitimam vxorem.

Cum hæc frater maior audisset, ait illi: Nunquid aliud quippiam peccasti grauiora à te gestum est? Ille autem assuetit dicens: Verè nihil confisum iniquitatis admisisse: nisi quod monachos in villa nostra reperi Seuerianis dogmati ignorans, an malum esset, communicanti eis: aliud quodlibet ignoro me fecisse. Intellexit tunc maior natus frater, hoc esse, quod illi dictum fuerat, formatum scilicet de eum fuisse: quia sancta Catholica & Apostolica Ecclesia omnia, in heresi Seueri Acephali, qui re vera caupo est, corruptus, confisus erat, & nobilitatem recte fidei contaminauerat hæc ipse post multa verò ista habet: Dicebat Senex quidam: Signa & prodigia diuinitus vsq; hodie in Ecclesia sunt propter eas, quæ pullulauerunt & quotidie pullulant, impias hereses, & maxime propter Acephali Seueri & ceterorum perniciosa schismata; ad minime & firmamentum animarum, atq; ad illorum ipsorum, sita voluerunt, conuersionem, &c. subdit q; de quibusdam miraculis in baptisterijs Catholicorum hierosolitis.

Ad hæc addimus de Præfecto vrbis Constantinopolitanae, quem S. Iohannes cognomento Silentarius ab heresi Generi l'herum reddidit: in eius enim Actis res gesta sic describitur à Cyrillo: Mulier quaedam genere quidem Cappadocissa, Regina autem vocatione, diaconissa vero magna Ecclesia Constantinopolitana, vniuersa Hierosolymam, habens secum confortium, qui locum obtinebat Præfæti: qui erat aliqui vir pius, Catholica autem minime communicabat Ecclesia, vt qui Seueri à recta diuersam suscipisset opinionem. Atque diaconissa multum quidem ponebat studij, vt menti illius mutaretur, & eum Catholica vniret Ecclesia: quamobrem vnumquemque virum iustum rogabat, vt pro eo oraret. Quæ quidem mulier cum audisset de gratia diuini Iohannis, desiderat eum adorare. Cum autem didicisset non licere mulieri in Lauram accedere, auersito Theodoro eius discipulo, rogauit, vt eum acciperet, & ad sanctam senem deserret: credens forte, vt per eius orationem Deus conuerteret eius corda duritiam, & dignum redderet, vt communicaret Ecclesia Catholica. Quem quidem cum accepisset Theodorus discipulus, venit ad senem, & cum pro more pulsasset fenestram, & fenex esset aperturus, iniicit vterque patientiam. Cumq; dixisset discipulo, Benedic nos, Pater: fenex aperiens, dixit discipulo: Tibi quidem benedico: hic autem non est benedictus. Cum autem diceret discipulo: Non sic. O Pater, Respondit fenex: Reuerè non benedicimus, donec à mala schismaticorum sententia destiterit, & se Catholica Ecclesia confisus fuerit communicare.

Hæc cum ille audisset, obstitit seni perspicacem gratiam, & miraculo mutatus, cerè est pollicitus, se communicaturum Catholica Ecclesia. Tunc fenex cum ei benedixisset & eum crexisset,

XXVIII

XXIX

XXX

XXXI

XXXII

217. de
anno. Ch.
tribid
b. Auth. c.
147. 148.
109.

XLII.
DFINGEN
TI AYKI
VIDATA
SABAS AD
ANASTASIO
IMPER
RATORE

XLII.
e. Job. 40.
SEVEREUS
TANTAT
DICIPTE
RI RE-
DEM SA-
RACE
NORVM
d. Cedren.
Annal. ad
20. Anast.
imp.

e. Theod.
lib. 2.
ALAMEN
DARVS
REXSA
RACENO
RVM IL-
LVDIT LE
GATISSE
VERI.

e. Cedren.
Niseph.
Paul. Dia.
e. Alij

XLIII.
E. EGO-
NES TAN
TVMMO-
DO 274
GAN. VR
ACHRI-
STIANIS.

e. Niseph.
lib. 10. c. 30

XLIV.
E. DORO
THEO S.
PISC. AN-
CYR. E.

scribens conatus populi Orthodoxi aduersus haereticum Imperatorem, testis est de populi in Marinum commotione, ea quidem occasione conflata (vt conijci potest) quod eidem Marino tributa fuerit illa sanctio edita anno superiori sub Consulatu Pauli ab ipso Imperatore, qua praescripta forma de petenda remissione tributi, fetum fuerat, ne quis priuatus ea de re preces porringeret Imperatori, sed quia a prouincijs vel ciuitatibus eiusmodi legatione accepissent, adirent Praefectum Praetorio, qui petita Imperatori referret, est de his constitutio Anastasij ad Anthemium P. P. Extant autem Iustiniani de tributorum plenaria remissione editae sanctiones.

At quantam auri summam accepit sanctus Sabas ab Anastasio Imperatore, licet Cyrillus minimè numeratit, ingentem quidem fuisse, ex ijs, quae ipse subdit de erogatione ab ipso facta in monasteria, & edificata ex ea Ecclesia, possumus intelligere, cum ait: Diuinus autem Sabas cum emisisset quidem partem auri sibi datam ab Imperatore, paternam domum, qua erat in Mutalassa, extraxit in templum martyribus Cosmae & Damiano quod reliquum verò erat, ex quo diuisit & ijs, qui simul erant, fratribus, & quae sub ipso erant, monasterijs. Sic igitur magnus Sabas sua eximia sanctitate & perfectiorem conuertit in largiorem.

Iam verò ad Seuerum redeamus, qui in his, & tamquam alter Leuiathan spem concipiens, vt influeret in os eius, & adanis, nempe per baptismum ingentem Lucrati hominum multitudinem, Alamundarum Regem Saracenum ad fidem conuersum, vt in eis haereticis impietate baptizaretur, per Episcoporum legationem tentauit. Quod quidem cum factum Cedrenus tradat anno vigesimofecundo Anastasij Imperatoris, sed postquam Seuerus est creatus Episcopus, vtique non ante praesentem annum contigit. Res gesta à Theodoro lectore ita narratur: Cum Alamandaru Saracenum Philarchus Christianissimum amplecteretur, misit ad illum Seuerus duos Episcopos, vt eum malitia sua inficeret. Verùm huius conatus praerent Deus effecit, vt ab illis baptizaretur, qui synodus Chalcedonensem approbant. Cuius qui à Seuero missi erant Philarchum ea docere conati sunt, quae vera doctrina contraria erant, fabulam ad redargutionem eorum, quae ab illis dicebantur, commentus est. Et erat, quod videretur literas accepisse, quae Michaeli Archangelum mortuum esse significauerunt. Respondentibus illis, Hoc est impossibile. Quomodo inquit igitur Philarchus si duas naturas Christus non habet, nudam crucem pertulit, cum ne Angelus quidam pati quicquam, vel mori queat? Ad hunc itaque modum consuevit, qui à Seuero missi fuerant, & pudentissime seferunt. haec Theodorus, eadem Anastasius Bibliothecarius in Chronico & alij. Sed quae de Rege Persiarum Cabade his Theodorus praemittit, attende. ait enim:

Castrum quoddam est inter Persas & Indos nomine Hundadero, cum Rex Cabades multas in illo pecunias ac lapides pretiosos afferuari audisset, volebat eius rei peritatem cognoscere. Verùm aemoni locum illum inhabitantes, Cabaderi ab eo, quod querebat, impediebant. Cunctam itaque magiam suam magij illius impenderunt, sed frustra. Adhibita est & Indorum magia, ne sic tam en voti compos euasit. Cogitabat per Christianos aypoliri demones illos. Episcopus itaque Christianorum in Persia, per acta super ea re Synaxi, & accipiens diuinis mysterijs, & in Christianos, qui aderat, dispensatu, signo Crucis demones prosternit, & castrum Cabadi sine vlla molestia tradidit. Quamobrem vir ille stupescens Episcopum illum per imae sedis praerogatiuae coherens, cum ad id usque tempus Indas & Manichaei priores haberent: deinde & cunctis Christianissimum amplectens volentibus liberum & securum fecit. haec Theodorus: recitat eadem Nicephorus, & ante eos Anastasius Bibliothecarius in Chronico istis Anastasij Imperij sine; adduntque eà occasione excitatam persecutionem in Christianos quae uisus, in qua grandia facta esse miracula, tum ipse Anastasius, tum Cedrenus narrant, nempe Christianos abscissis linguis recte locutos, & concisus poplitas rectos ambulasse. Sed mirum haec esse à Procopio praetermissa.

Hoc eodem anno, istis Consilijs (inquit Marcellinus) Dorotheus Ankyra ciuitatis venerandus Antistes, & Anastasio principi propter vnicam Orthodoxorum fidem iugiter aduersarius, sinem vi-

uendi, quem sibi met. misit contra se Magisfriano, ipse praeraxerat. In dicto tempore fecit. haec ipse. Sed dolendum tanti viri non nisi obitus tempus fieri manifestum, gloria verò certamina aduersus Imperatorem haereticum vel silencio praetermissa (quod non putamus) vel potius temporum iniuria sepulta relinqui.

Quod demùm spectat ad res Occidentales, hoc anno sub Probi cum Clementiano Consulatu S. Celsarius Arelatensis Episcopus veniens Romam, petijt à Symmacho Papa confirmari sibi priuilegia collata antiquis Ecclesiae Arelatensis: quod & Pontifex S. Leonis Papae decretis inherens libenter praestitit, extant de his epistole eiusdem Symmachi duae, quarum altera ad vniuersos Galliarum Episcopos hoc anno data habetur sub Consulatu Probi; alter ad ipsum Celsarium anno sequenti sub Consulatu Senatoris; prior autem sic se habet:

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis per Gallias consistentibus Symmachus.

Sed et Apostolica instituta praedicanda sollicitant, vel de concordia vniuersalis Ecclesiae, quae toto Orbe diffusa est, per vigiliam curam tractemus: quae in eo praecipue efficaciter adoleuit, haec, quae à Patribus statuta sunt, atque subsequntibus reuerenter obseruet. Casarius siquidem frater & Coepiscopus vester Metropolitana Arelata ciuitate sacerdos Ecclesiae beati Apostoli Petri liminibus praesentatus, ea, quae praedicti Praeprilegij Ecclesiarum constituta sunt, nostris postulat innotari sequentiomibus. Cuncta igitur inter Ecclesias Arelatensem & Vienneensem à decessore nostro beate recordationis Leone Papa quae super hac parte ordinata sunt, Ecclesia Romanae fidelis declarat instructio. Atque ideo ne ea, quae semper veritatis est amula, sibi aliquid vendicare queat obliuio, & prioris decreti vigor temporis diuturnitate vergat in senium, necessarium duximus olim promulgatae in lucem reddere nostris assatis. Idcirco quem admodum decessor noster Leo Papa dudum cognitis allegationibus partium desinit parochiarum numerum vel quantitatem Arelatensis & Vienneensis sacerdotum deputandum, & nos praecipimus nullum vsurpatione transgredi. Sed, vt ante praediximus iuxta indulgentiam ipsiusdem Pontificis Valentianum Tharantianum, Gratianopolim oppida Vienneensis Antistes iuris sui vendicat: nec quicquam amplius ab his, quae semel ab Apostolica sede concessa sunt, astime praesumentium. Alias vero parochias, vel dioceses cunctis priuilegio & honore sua Arelatensis Episcopus sub temporum continuatione defendat. Nec enim obseruatio & vetustatis reuerentia custoditur, si amplius de humilitate gloria sacerdotum alio atollitur. Proinde fratres charissimi, singuli honoris sui distributionem ceteris, nec per secularia patrocina, nec per cuiuslibet excusationis obtentum illicita presumptione terminis, concessa potestatis excedant. Studere siquidem vniquisque, debet deuotionis officium magis gratia, quam de ambitione, ne & Domini nostri offensam & humanam in se laxet inuidiam. Tacere nos ista commissa dispensationis intra minime patiuntur: vt & de his, qui Ecclesiasticis regulis obsecundant, perseverantibus in concordia sedis Apostolica gestaturus; & illi, qui Catholicis disciplinis obtemperare destiterint, ab Ecclesia gratia & charitate se alienos ostendant, Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. Idibus Nouemb. Probo V. C. Conf. Extat & alia Symmachi breuior eiusdem argumenti Episcopi ex monumentis Floriacensis bibliothecae accepta, h' his verbis:

Symmachus Papa omnibus Episcopis per Gallias constitutis.

Cunctas inter Ecclesias Galliarum, ob praecipuas, Vienneensem & Arelatensem, extitit controuersia. Quae verò à praedecessore nostro beate recordationis Leone Papa super hac parte ordinata sunt, Ecclesia Romanae fidelis declarat instructio. Atque ideo ne ea, quae semper est veritatis amula, sibi aliquid vendicare queat obliuio, & prioris decreti vigor temporis diuturnitate vergat in senium, necessarium duximus olim promulgatae in lucem reddere nostris assatis. Idcirco quem admodum decessor noster Leo Papa dudum cognitis allegationibus partium desinit, parochiarum numerum, vel quantitatem Vienneensis, & Arelatensis sacerdotum deputatam, & nos praecipimus nullum vsurpatione transgredi. Valere.

XLV.

XLVI.
SYMNA
CHI 121.
1704. 13
EPISCO-
POLI GAU-
122.

h. Bili. Fl.
ruac. edit.
d. Ioanne
Celsij
part. 10.
pag. 23.